

# PROPRIO DE LA MISA

## VIGILIA DE PENTECOSTÉS

### II Clase

*Ez. 36:23; 36:24; 36:25-26*

CUM sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúndam super vos aquam mundam, et mundabímmini ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis spíritum novum, allelúia, alleluia. Ps 33:2. Benedícám Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo. *V.* Glória Patri.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, ut claritatis tuæ super nos splendor effulgeat; et lux tuæ lucis corda eorum, qui per gratium tuam renati sunt, Sancti Spiritus illustratione confirmet. Per Dominum.

*Act. 19*

IN diebus illis: Factum est cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, et inveniret quosdam discipulos: dixitque ad eos: Si Spiritum Sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus Sanctus est, audivimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Joannis baptisate. Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptismum pœnitentiæ populum, dicens in eum qui venturus esset post ipsum ut

INTROITO

Cuando fuere santificado en vosotros, os recogeré de todos los países y derramaré sobre vosotros agua pura, y quedaréis purificados de todas vuestras inmundicias, y os daré un nuevo corazón, aleluya, aleluya. Salmo. Alabaré al Señor en todo tiempo; no cesarán mis labios de pronunciar sus alabanzas. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

Te rogamos, ¡oh Dios todopoderoso!, haz que resplandezca sobre nosotros el fulgor de tu claridad; y que el brillo de tu luz confirme, con la infusión de tu Espíritu Santo, los corazones de los que, por tu gracia, han sido regenerados. Por nuestro Señor.

EPÍSTOLA

En aquellos días: Estando Apolo en Corinto, Pablo, atravesando las regiones altas, llegó a Efeso, donde halló algunos discípulos; y les dijo: ¿Habéis recibido el Espíritu Santo al abrazar la fe? Ellos le contestaron: Ni siquiera hemos oído si existe el Espíritu Santo. Díjoles él: Pues, ¿qué bautismo habéis recibido? Ellos le respondieron: El bautismo de Juan. Dijo Pablo: Juan bautizaba un bautismo de penitencia, diciendo al pueblo que creyese en el que venía detrás de él, esto es, en Jesús. Al oír esto, se bautizaron en

crederent, hoc est, in Jesum. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Jesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos, et loquebantur linguis, et prophetabant. Erant autem omnes viri fere duodecim. Introgressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans et suadens de regno Dei.

Ps. 106:1

ALLELÚIA. *Ÿ*. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.

Ps. 116:1-2

LAUDATE Dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. *Ÿ*. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: et veritas Domini manet in æternum.

Jn 14. 15-21

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si diligitis me, mandata mea servate: et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum, et mundus me jam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, et vos vivetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Qui habet mandata mea, et servat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum.

el nombre del Señor Jesús. E imponiéndoles Pablo las manos, descendió sobre ellos el Espíritu Santo y hablaban lenguas y profetizaban. Eran unos doce hombres. Entrando en la sinagoga, habló con libertad por tres meses, conferenciando y discutiendo acerca del reino de Dios.

ALELUYA

Aleluya. *Ÿ*. Alabad al Señor, porque es bueno; porque es eterna su misericordia.

TRACTO

Alabad al Señor todas las gentes; alabadle todos los pueblos. *Ÿ*. Porque se ha confirmado su misericordia sobre nosotros; y la fidelidad del Señor permanece eternamente.

EVANGELIO

En aquél tiempo: Dijo Jesús a sus discípulos: Si me amáis, guardaréis mis mandamientos; y yo rogaré al Padre y os dará otro Abogado, que estará con vosotros para siempre: el Espíritu de verdad, que el mundo no puede recibir, porque no le ve ni le conoce; vosotros le conocéis, porque permanece con vosotros y está en vosotros. No os dejaré huérfanos; vendré a vosotros. Todavía un poco y el mundo ya no me verá; pero vosotros me veréis, porque yo vivo y vosotros viviréis. En aquel día conoceréis que yo estoy en mi Padre, y vosotros en mí y yo en vosotros. El que recibe mis preceptos y los guarda, ése es el que me ama; el que me ama a mí será amado de mi Padre y yo le amaré y me manifestaré a él.

Ps. 103. 30, 31

EMITTE Spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem terræ: sit gloria Domini in sæcula, alleluia.

MUNERA, quæsumus, Domine, oblata sanctifica: et corda nostra Sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutäre, nos tibi semper, et ubique grätias ägere: Dómine sancte, Pater omnipotens æterne Deus: per Christum Dóminum nostrum: Qui ascéndens super omnes cælos, sedénsque ad dexteram tuam, promíssum Spíritum Sanctum hodiérna die in filíos adoptiónis effúdit, Quaprópter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes, hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicétes:

COMMUNICANTES: *Unidos en una misma comunión y celebrando el día sacratísimo de Pentecostes, en el que se apareció el Espíritu Santo a los apóstoles en forma de muchas lenguas de fuego, veneramos la memoria, en primer lugar, de la gloriosa siempre Virgen María...*

HANC IGITUR: *Te suplicamos, pues, Señor, te dignes aceptar aplacado esta oblacion de tus siervos, que es también la de toda tu familia. Dispon en tu paz los días de nuestra vida y manda que seamos preservados de la eterna condenacion, y contados en la grey de tus elegidos. Por Cristo nuestro Señor. Amen.*

Jn. 7. 37-39

ULTIMO festivitatis die dicebat Jesus: Qui in me credit, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ: hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum, alleluia.

SANCTI Spiritus, Domine, corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fœcundet. Per Dominum.

OFERTORIO

Envía tu Espíritu, y renacerán y renovarás la faz de la tierra. Sea gloria por siempre al Señor. Aleluya.

SECRETA

Santifica, Señor, te lo rogamos, los dones ofrecidos, y purifica nuestros corazones con la luz del Espíritu Santo. Por nuestro Señor.

PREFACIO ESPÍRITU SANTO

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor, el cual, subiendo a lo mas alto de los cielos y estando sentado a tu diestra, derramo (en este día) sobre los hijos de adopción el Espíritu Santo prometido. Por lo cual hoy se regocija el mundo entero con indecibles alegrías. Y aun las Virtudes del cielo y las Potestades angelicas cantan un himno a tu gloria, diciendo sin cesar:

COMUNIÓN

En el último día de la fiesta decía Jesús: Del seno de quien crea en mí manarán ríos de agua viva. Esto lo dijo por el Espíritu Santo, que hablan de recibir los que creyesen en él, aleluya, aleluya.

POSCOMUNIÓN

Purifique nuestros corazones, ¡oh Señor!, la infusión del Espíritu Santo, y los fecunde penetrándolos con su divino rocío. Por nuestro Señor.